Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

C. I.

¶ Et rex dauid ſenuerat. Nonne tibi videtur ſi occidentem ſequaris litteram figmentū eſſe vel athenarum ludrica? Frigidus ſenex obuoluitur veſtimentis· et niſi cōplexu adoleſcentulę nō tepeſcit. Viuebat adhuc berſabee· ſupererat abigail et reliquę vxoꝛes et concubinę. Omnes quaſi frigidę repudiantur. et in vnius tantū grādeuꝰ caleſcit amplexibus. Abraaʒ multo dauid ſenioꝛ fuit: ⁊ tamen viuente ſara aliam non q̄ſiuit vxoꝛem. Yſaac duplices dauid ānos habuit: et cum rebecca iam vetula nunq̄ꝫ refrixit. Taceo de pꝛioribus ante diluuium viris: qui poſt annos quingentos non dico ſenilibus ſed pene carioſis artubus nuſq̄ꝫ puellares quęſiere cōplexus. Moyſes dux iſraelitici populi cētū viginti annos habuit et ſephoꝛam nō mutauit. Quę eſt ergo iſta ſunamitis vxoꝛ et virgo tam feruens vt frigidum calefaceret: tā ſancta: vt calenteʒ ad libidinem nō pꝛouocaret? Exponat ſalomō patris delicias et pacificus bellatoꝛis amplexus· poſſide ſapientiā poſſide intelligentiam ne derelinquas eam· ⁊ appꝛehendet te: ama illā et ſeruabit te. Omnes pene virtutes coꝛpoꝛis mutantur in ſenibus· et creſcente ſola ſapiētia decreſcunt cętera· ieiunia· camenę huc illucq̄ꝫ diſcurſus: peregrinoꝛum ſuſceptio· defenſio pauperum· inſtantia oꝛationum· viſitatio languētium· laboꝛ manuum vnde pꝛebentur elemoſinę· et cuncta quę per coꝛpus exercētur· fracto coꝛpe minoꝛa fiūt. Nec hoc dico ꝙ in iuuenibꝰ et adhuc ſolidioꝛis ętatis· qui ſ· laboꝛe et ardentiſſimo ſtudio· vitę quoq̄ꝫ ſanctimonia et oꝛatōnis frequētia ſciam cōſecuti ſuut· frigeat ſapiētia: quę in pleriſq̄ꝫ ſenibus ętate marceſcit: ſed ꝙ adoleſcentia multa coꝛpis bella ſuſtinet· et inter incētiua vicioꝝ et carnis titillationes quaſi ignis in lignis viridibus ſuffocetur· et ſuum non poſſit explere fulgoꝛem. Senectus vero eoꝝ qui adoleſcētiam ſuam honeſtis actibus inſtruxerūt: et in lege dn̄i meditati ſunt die ac nocte· ętate fit doctioꝛ· pceſſu tpis ſapientioꝛ· et veteruʒ ſtudioꝛum dulciſſimos fructus metit. Ipſumq̄ꝫ nomen abiſac ſapientiam ſenū indicat amplioꝛem. Interpretatur em̄ pater meus ſupfluus id ē· abūdans vel patris mei rugitus: verbum ſuperflui ambiguum eſt: ſed hic ſignificat ꝙ ſapientia ā plioꝛ ſit in ſenibus et redundans. Alibi auteʒ ſupfluꝰ quaſi non neceſſarius ponitur. Abiſac autē ⁊ ragitus ꝓpꝛie nūcupatꝛ· quod mariſ fluctus reſonat. et vt ita dicam de pelago veniens fremitus auditur. Ex quo oſtēditur abundantiſſimū et vltra humanaʒ vocem in ſenibus diuini ſermonis tonitruū cōmorari. Sunamitis vero coccinea dicitur: vt ſignificet calere ſapientiam et diuina lectione feruere. Quod licet dominici ſanguīs indicet ſacramentum etiā feruoꝛem oſtendit ſapientię. Vnde obſtetrix illa in geneſi coccinum ligat in manu phares· qui ab eo ꝙ parietem diuiſerat duos populos ante ſeparantem· diuiſoris nomen· id eſt· phares ſoꝛtitus ē. Et raab meretrix in typo eccleſię reſticulam myſterium ſā guinis continentem. vt hierico pereūte domus eiꝰ ſaluaretur appendit. Vnde de ſanctis dicitur. Hi ſunt qui venerunt de calore domus rechab· et alibi. Igneʒ veni mittere in terram ⁊c· qui ſ· in diſcipuloꝝ corde ſuccenſuſ cogebat eos dicere: Nonne cor noſtrum ardens erat.

¶ Cunq̄ꝫ ope. ⁊c. Dauid nimiuʒ frigus ꝑtulit· vel qꝛ de ſenioribus natus eſt parentibus· vel qꝛ multū in pꝛelio ſanguineʒ fuderat· vel potius ex quo angelum cędentem populum vidit· pauoꝛe vehementi contabuit· vnde· in incōmoditate frigoꝛis· vſq̄ꝫ ad mortem permanſit.

¶ Adonias. Iudaicum pplm ſignificat· qui maioꝛ filius eſſe videtꝛ· qa pꝛioꝛ legē ſuſcepit· et gētilē pplm q̄ per gratiā dei poſterioꝛ vocatꝰ ē ſpernēs ſe ſolū cū dn̄o regnare putauit. Adonias em̄ dn̄atoꝛ dn̄s īterpꝛetatꝛ. Sed eccl'ię ppl's cū xp̄o ſalomone· i· pacifico nr̄o cuiꝰ ipſe coꝛpꝰ ē. per diuinā oꝛdinatōꝫ ī regnū ſubſtituitꝛ. ꝺ q̄ merito perfidię maioꝛ filiꝰ· i· pꝛioꝛ ppl's ꝑcipitatꝛ.

¶ Berſabee. Interp̄tatꝛ filia iuramēti. ſignificat aūt antiquā eccleſiam quę fuit ſub lege· de cuius ſtirpe verus ſalomon naſci ꝓmiſſus eſt. Nathā interpꝛetatur donum: et figurat veterem ꝓphetiam.

Pꝛimus li· Malachim ·i· regum tercius Incipit.

C. I.

Et rex dauid ſenuerat: habebatq̄ꝫ ętatiſ pl'imos dies. Cunq̄ꝫ operiretur veſtibus non calefiebat. Dixerūt ergo ei ſerui ſui: Queramus dn̄o nr̄o regi adoleſcētulā virgieʒ· ⁊ ſtet corā rege ⁊ foueat eū dormiatq̄ꝫ in ſinu ſuo: ⁊ calefaciat dn̄m noſtrum regem. Queſierunt igitur adoleſcentulam ſpecioſaʒ in omnibus finibuſ iſrael: ⁊ īuenerūt abiſac ſunamitē· et adduxerūt eaʒ ad regem. Erat autē puella pulcra nimis· Dormiebatqꝫ cum rege· et miniſtrabat ei: Rex vero non cognouit eam. Adonias auteʒ filius agith eleuabatur dicens: Ego regnabo. Fecitq̄ꝫ ſibi currum ⁊ equites· ⁊ quinquaginta viros q̄ ante eum currerent. Nec coꝛripuit eum pater ſuus aliquādo dicenſ: Quare hoc feciſti? Erat autē et ipſe pulcer valde ſecundus natus poſt abſolon. Et ſermo eius cū ioab filio ſaruię· et cum abiathar ſacerdote: qui adiuuabant partes adonię. Sadoch vero ſacerdos et banaias filius ioiade et nathan pꝛopheta ⁊ ſemei ⁊ cerethi ⁊ feleti ⁊ robur exercitus dauid non erat cū adonia. Immolatis ergo adoniaſ arietibus et vitulis· et vniuerſis pinguibus iuxta lapideʒ zoeleth· qui erat vicinus fonti rogel: vocauit vniuerſos fratres ſuos filios regis: et omnes viros iuda ſeruos regis. Nathan autē pꝛophetam et banaiam et robuſtos quoſqꝫ et ſalomonem fratreʒ ſuū non vocaui. Dixit itaqꝫ nathā ad berſabee matrem ſalomonis: Num audiſti ꝙ regnauerit adonias filiuſ agith· ⁊ dominus nr̄ dauid hoc ignoꝛat? Nunc ergo veni accipe a me conſilium et ſalua animā tuā filijqꝫ tui ſalomonis. Vade ⁊ ingredere ad regem dauid· ⁊ dic ei: Nōne tu domine mi rex iuraſti michi ancillę tuę dicenſ: ꝙ ſalomon filius tuus regnabit poſt me· et ipſe ſedebit in ſolio meo? Quare ergo regnabit adonias? Et adhuc ibi te loquēte cum rege: ego veniam poſt te et cōplebo ſermones tuos. Ingreſſa ē itaqꝫ berſabee ad regem in cubiculo. Rex autē ſenuerat nimis: et abiſac ſunamites miniſtrabat ei. Inclinauit ſe berſabee: et adoꝛauit regē. Ad quā rex· q̄d tibi inquit vis? Quę reſpondens ait: Domine mi tu iuraſti per dominū deū tuuʒ ancillę tuę. Salomon filius tuus

Sapientia vel contemplatio ·quā complectentes. in eius dilectione flamaſcunt.